



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De charitate, & pace, & pacificis. cap. xviii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

D. IOANN. DAMASCENI

38. meam. Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos, &c. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Effunde iram tuam super gentes, quae te non nouerunt. Deus 78. meus pone filios ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Imple facies eo- 53. rum ignominia, &c. Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Induan- 108. tur qui detrahunt mihi, pudore. Contere brachium peccatoris & maligni. 8. Confundantur omnes iniquè agentes superuacuè.
- ofee. 9.* Da illis Domine vulum sine liberis, & vbera arentia.
Esa. 3. Et erit pro fumis odore foetor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitum, & pro fascia pectorali cilicum. Pulcherrimi quoque viri tui gladio caudent, & fortis tui in prælio. Et moerebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.
- 2. Tim. 4.* Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. Reddet illi Dominus secundum opera sua.

DE IIS QUI INIVRIA AFFICIVNTUR: ET quod ipsi opem ferre oporteat. CAP. XVII.

- Exod. 2.* **N** diebus illis, postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum Ægyptum percutientem quandam de Hebreis fratribus suis. Cumque H circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Ægyptum abscondit sabulo. Et egressus die altero, conspexit duos Hebreos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis te constituit principem & iudicem super nos? Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptum? Timuit Moyses, & ait, Quomodo palam factum est verbum istud?
- Iob. 29.* Seruauit pauperem de manibus iniqui, & contriui molas iniustorum, & de detibus illius abstrai prædam.
- Pro. 24.* Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Quod si dixeris, Non noui hunc, scito quod Dominus corda omnium cognoscit, qui reddit vnicuique iuxta opera sua.
- Hier. 21.* Eripite vi oppressum de manu eius, à quo iniuria afficitur.
- Ezech. 45.* Iniquitatem & rapinas intermittite, tollite oppressionem à populo meo, dicit Dominus.
- Erue eum, cui iniuria infertur, de manu eius à quo læditur.

Naz. **Q**uisquis nauigat, naufragio propinquus est, eoque magis, quod audaciū nauigat: eodem modo quisquis corpore conuenitus est, corporis malis propinquus est, eoque magis, quod repaup. Elior incedit, nec eos, qui ante se iacent, intuetur. Dum secundo vento nauigas, ei, qui naufragium facit, manum porridge: dum sanus es et locuples, afflito fer opem. Ne expectes ut K in prosp. in teipso discas, quantum malum sit inhumanitas, quatuorque bonū viscera egentibus aperire. *In ritate ma-* **B**enignos nos sis esse conuenit, qui priores in calamitatem inciderunt, ac misericordiam affici debet misericordiam adipisci.

Alienis In alienis calamitatibus curandum nobis est, vt nostris rebus recte consulamus, ac Deo misericordiam fœneremus, cum ipsi misericordia opus habeamus, nec homines aspernemur, ac pro nibilo ducamus, cum ipsi homines simus.

Lapsus Lapsus alterius risu prosequi noli. Verum ipse quam tutissime poteris, incede, atque etiam humi iacenti manum porridge.

DE CHARITATE, ET PACE, ET pacificis. CAP. XVIII.

Dixit

A **I**x it Noemi ad Ruth: En reuersa est cognata tua ad populum *Ruth.1.*
suum, & ad Deos suos, vade cum ea. Quæ respondit, Ne aduer-
seris mihi, vt relinquam te, & abeam. Quocunque ejus perre-
ris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Po-
pulus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus.

Et addidit Ionathas deierare Dauid, eò quod diligeret illū. *1. Reg.20.*
sicut enim animam suam, ita diligebat illum.

Doleo super te, frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis super amorem mu-*2. Reg.1.*
lierum.

Inquire pacem, & persequere eam.

B Qui volunt pacem, latabuntur: omnes eos qui à contentionē abhorrent, ope-
riet amicitia. Qui arguit liberè, pacificus est. Vir longanimitis extinguit lites:
impius autem eas potius excitat. Operiunt inimicitias labia iusti. Melior est
sicca bucella cum gaudio in pace, quam domus plena multis bonis, & iniustis vi-
timis cum iurgio. Iram viri sedat famulus prudens.

Multæ aquæ non poterunt extinguere charitatem, & flumina non concludent *Cant.8.*
illam.

Veritatem & pacem diligite, ait Dominus omnipotens.

Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

Erigam ipsis plantam pacis, & ultra non peribunt.

C In tribus placitu est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. *Zach.8.*
Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes.

Beati pacifici, quoniam ipsis fili Dei vocabuntur. Diligite inimicos vestros, *Mat.5.*
benedicite maledicentibus vos, orate pro his qui vos vexant & persequuntur. *6.*
Amen dico vobis: Si duo ex vobis cōsenserint in terra, de omni re quamcumque *18.*
petierint, sicut ipsis à Patre meo qui in cœlis est.

D Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut & ego dilexi vos. In hoc *10.13.*
enim cognoscet omnes quod discipuli mei eritis, si dilexeritis inuicem. Pacem
meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Sicut dilexit me Pater, sic etiam
dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si mādata mea seruaueritis, manebitis in *15.*

D ne. Hoc est mandatum meum, vt diligatis inuicem, sicut & ego dilexi vos. Ma-
iorem charitatē nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

E In quamcumque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui. Et si illic fu-*Luc.9.*
rit filius pacis, requiescat super eum pax vestra. Dūvadis cum aduersario tuo ad *12.*
principem, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, & iu-
dex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, Non exies in-
de, donec etiam nouissimum minutum reddas.

F Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacē habentes. *Rom.12.*
Nemini quicquam debete, nisi ut inuicem diligatis. Nam, non mēchaberis, non
furaberis, non falsum testimonium dices, & si quod est aliud mādandum, in verbo
hoc instauratur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Que pacis sunt, se-*14.*
murm, & que ædificationis sunt adiuicē. Dilectio proximi, malum non opera-*13.*
tur. Plenitudo enim legis, est dilectio.

G Emulamini charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demō-*1. Cor.12.*
stro. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non ha-*13.*
beam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Eſi habuero prophe-
tiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fi-
dem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si di-
stribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū,
ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiēs
est, benigna est. Charitas non emulatur, non agit perperam: non inflatur, non est
ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gau-

D iij

D. JOANN. DAMASCENI

det super iniuste, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit: siue prophetiae euacuatur, siue linguae cessabunt, siue scientia destruetur. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus. Quando autem factus sum vir, euacuauit quae erant parvuli. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manet, fides, spes, charitas, tria haec. Maior autem horum est charitas. Omnia vestra in charitate fiunt.

16. 2. Cor. 13. Gal. 5. Ephes. 4. col. 3. Heb. 12. Iac. 3. 1. Pet. 4. 1. Io. 3. Ignat. Basili.

Pasem habentes fratres, & Deus pacis erit vobis.

Per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

Estote inuicem benigni, misericordes, donantes vobis metipsis, sicut & Christus donauit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & sacrificium Deo in odorem suavitatis.

Super omnia charitatem sectamini, quod est vinculum perfectionis. Et pax Dei exultet in cordibus vestris.

Pace sequimini cum omnibus, & sanctificatione, sine qua nemo videbit Deum.

Fructus iustitiae in pace seminatur facientibus pacem. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet. Ex puro corde diligite.

Charitas operit multitudinem peccatorum.

Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Et in hoc sciemos quod ex veritate sumus. Charissimi, diligamus inuicem: quia charitas ex Deo est, & quisquis diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas est. Timor non est in charitate. Perfecta enim charitas foras mittit timorem. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Si quis dixerit, Quia diligo Deum, & fratrem odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo diligere potest?

H

Nazianz. Orat. 1. Cyril. Simile. Chrysost.

Pace nihil est praestantius, in qua bellum omne aboletur.

Quantum sit pacis bonum, quid commemorare attinet ad viros pacis filios? Nihil enim Christiani hominis adeo proprium est, ut conciliande paci studere. Quandoquidem est Christi ob hanc quoque causam Christus premium nobis pollicitus est.

Deo ac diuinis rebus propinqui sunt, qui cunque pacis bonum amplexari cernuntur, ac studere. contraire, hoc est disordio, infensi atque infesti sunt.

Quemadmodum oborta sanitate morbus de medio tollitur, ac luce sole exerente nullae oratione sunt tenebrae: sic ubi pax illuxit, vita omnia, que ex contrario constantur, evanescunt.

Omnis malorum catena per charitatis affectum extinguitur. Charitate ac pace nihil sublimius Scriptura statuit.

Is amatum mos est, ut eorum, quos amant, negotia omnia per se confici velint, nec eos absque se qui equam facere vel loqui.

Charitatis natura nullam satietatem agnoscit: quin potius cum iis, quos charos habet, fruatur, in maiorem flammatum affurgit. Idque cum ipsis alumnus Paulus compertum habet, his verbis trebatur, Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Hoc semper enim debitum semper quidem solvit, verum in hac vita omnino persolvi non potest, ille semper solvit, inquam, perpetuum bonum, ac laudibus efferendum. Etenim in pecunia quidem eos potest, sed qui nihil debet, in laude ponimus. At in charitate, beatos eos demum predicamus, qui semper solvi per debent. Et quod illic ingrati ac maligni animi, hic grati ac probi argumentum est, Homil. nimurum charitatis debitum nunquam dissoluere.

Qui pacem omnibus precatus est, is vitiorum ac perturbationum bellum ex animo eius generat, hoc est peccatum, turpem cogitationem, cupiditatum tumultum fluctus, tempestatem, oporteat, atque animam quouis portu tranquilliorum reddidit: ut qui pacem, bonorum omnium parentem

I

K

A rentem atque nutritiem, in piorum animam, qui eam suscepint, studiosè inueniret.

Quemadmodum nec anima sine corpore, nec rursus corpus absq; anima, hominis nomen ^{Ex Hom.} obtinet: eodem modo nec caritas erga Deum, nisi caritatem erga proximum comitem. ^{de charit.} beat, caritas dicenda est: nec rursus caritas erga proximum charitatis nomen tueri potest, ^{Simil.} nisi caritas erga Deum accesserit. Ac proinde perfecta caritas raro inueniri potest. ^{Perfecta}

Quicunque igitur de Patre & Filio & Spiritu sancto recte sentiunt, ac præterea mu- ^{charitas} tuam inter se charitatem seruant, hi demum perfectam ac numeris omnibus absolutam cha- ritaritatem habent. Charitas Patrem confitetur, Filium adorat, Spiritum sanctum glorificat. ^{tus.}

Charitas Trinitatis concordia non dirimit. Charitas angelorum solidis est, Patriarcharum collationea, Prophetarum contubernialis, Martyrum certaminis comes, Apostolorum sociæ,

B Ecclesia vinculum. Charitas bellum nescit, hoste caret, pace nihil antiquius habet. Charitas charit-propensos ad cædem animos mitigat, ratione prædictos populos exornat. Charitas, cuius munus laudis capax non est, in humili corde domicilium habet. Charitas quoquis melle ac lacte dulces.

C torum omnium compages est: per quam & terrena coherent, & celestia incrementum accipiunt. Charitas ea est, ob quam Deus filium suum in mundum misit, ac pro nobis eum dedit. Charitas aratri iuga, crucis ligno concorditer subiecit: ac peccata & terra & mari subire docuit. Charitas martyres perficit, Apostolos coronat. Charitas proximum tanquam seipsum intuetur, ac propria tanquam omnibus communia existimat. Charitas proximi egestatem, curam suam ac solicitudinem esse statuit. Charitas communem omnibus meas ita-

D tuit, hoc est tam diuini quam pauperi, tam docto, quam indocto. Charitas exacerbatum animum mitigat, oppressum delinit, deicatum erigit, ac videntem reddit. Charitas inextinctam virginitatem lampade circumfert, ac suos summo studio ac diligentia conquirit. Charitas regni portas aperit, & eos qui in honesto & casto matrimonio vivunt, quod minus ingrediantur, non prohibet. Charitas eleemosynam amat, atque auro rutilantes coronas sui studioso parat. Charitas superbos nescit, humiles gloria afficit. Charitas maledicentiam fugit, benedicentiam amplexatur. Charitas virum & mulierem matrimonij nexu inter se copulatos admonet, ut concordiam colant; ut autem inter se disiungantur, nunquam omnino vult. Charitas patres, ut filios ament, hortatur: filios autem, ut patribus tanquam dominis seruant, Charitas dominos rogat, ut faciles se ac misericordes seruis prebeant: ac rur-

D sus seruos monet, ut heris suis sine fuso ac fraude seruant.

Plerisque modis perficitur charitas, nimis per lenitatem, per benignitatem, per ^{Clemens} patientiam, per animi affectionem, ab omni inuidia & liuore, atque iniuriarum recordatione liberam. Charitas in omnibus simplex, ac distinctionis expers est, seque omnibus impetrat.

Tria esse amicitie genera didicimus. Quorum primum ac prestantissimum in virtute Tria sunt positum est. Firma enim ac solida est ea amicitia, quam ratio conciliat. Secundum ac medium amicitia in eo versatur, ut nostra inter nos vicissim communivemus. Atque hoc quoque liberale est, genera & ad humanam vitam tuendam utile. Interest enim reipublicæ, gratam ac beneficiorum memorem esse amicitiam. Tertium ac postremum nos quidem id, quod consuetudine vite ac familiaritate contrahitur, appellamus: Gentiles autem fluxam ac mutabilem voluptatem. Quocirca prima illa amicitia philosophi est, altera hominis, tertia bruti animalis.

E Dum ut inimicos amemus Scriptura iubet, non hoc vult, ut malum amemus, aut impietatem, aut adulterium, aut furtum: sed ut furem & adulterum: non quatenus peccat, atque inimici aliquo scelere hominis nomen conspurcat, sed quatenus homo est, ac Dei opus. Siquidem ipsum peccare, actio est, non essentia: ac proinde ne opus quidem Dei est.

Nunquam vir probus ac sapiens acceptas iniurias memoria tenebit, nec cuiquam succensabit: etiam si alioqui odio digna sint que in eum admittuntur. Creatorem enim colit, ac veneratur: vita autem solum amat, eumque, ob inscitiam, qua laborat, commiseratur, ac pro eo preces fundit.

Charitas ardentes eas partes, in quibus iracundia existit, sedat. Amor hominem in Euagry. Amor ho tres personas diuidit. Quarum una propter Deum amat, quem amat. Altera, quia opibus minem in

D. IOANNIS DAMASCENI

tres persoⁿa affluit: nimirum ut munus aliquod accipiat. Tertia, libidinos& voluptatis causa. Atque F
as diuiⁿ illa quidem purē ac sincerē cū quem amat, laudat: altera ob auaritiam. Postrema autem,
dit. voluptatis ergo.
Philo. Pax, quamlibet damno^fa, bello tamen utilior est.

DE VERITATE, AC TESTIMONIO certo. CAP. XIX.

Exod.
Num. 35.

Iob. 8.
Psal. 24.
30. 118.

Prov. 8.

14.
21.

Mal. 2.

Zach. 8.

3. Esa. 4.

Sap. 6.

Ecli. 4.

27.

10. 3.

Eph. 4.

3. Io.

Basil. in
dict. scrip.

Attende

tibi ipsi.

Naz. 7.

Chrysost.

Veritas

in supera-

bilis est.

Institut.

Euseb.

10. 10.

QVOD SVBDITI PRINCIPVM MO-

res imitentur siue boni sint, siue mali.

CAP.

XX.

Dixit



On assentieris cum iniusto fieri testis iniustus.

Sub duabus vel tribus testibus morietur, qui morietur.

Non admittetur testis unus, vt testimonium aduersus hominem dicatur in omni crimine, & in omni peccato.

Os verum implebitur risu: & labia eius exultabunt.

Omnes viae Domini misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius. Veritatem requiret Dominus. Ne au-

feras de ore meo verbū veritatis usquequaque: quia in iudiciis tuis supersperauī.

Iusti sunt omnes sermones mei, nō est in eis prae*u*rum quid, neque peruersum.

Misericordia & veritatem fabricantur boni. Liberat a malis testis fidelis.

Facere iustitiam, & vera loqui, magis placet Deo, quam victimæ.

Lex veritatis in ore eorum, & iniustitia non est inuenta in labiis eorum.

Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. Veritatem & pacem

diligite, ait Dominus omnipotens.

Non est apud veritatem accipere personas.

Non prateribo veritatem, nec cum inuidia tabescere iter habebo. Quoniam huic nihil commune est cum sapientia.

Non contradicas verbo veritatis. Ne accipias personam potentis. Usque ad mortem certa pro veritate: & Dominus bellabit pro te. Volatilia ad sui similia conueniunt: & veritas ad eos, qui operantur illam, reueretur.

Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: I quoniam sumus inuicem membra.

Maiorem hac iustitiam non habeo, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare.

Præstantissimum omnium bonorum est veritas. Captu difficultis est veritatis sermo: ut qui facile eos effugere queat, qui animum non satis attendunt.

Huiusmodi quiddam est vacordia, & aduersus veritatem initum certamen: nempe tibi ipsi.

Veritatis robur nullam opem requirit: verum quamvis innumeris sint, qui eam extingue moliantur, adeo tamen non extinguitur, ut etiam per eos ipsos, qui eam vexare co-

nantur, splendidior existat, eosque, qui frustra se tundunt, irrideat.

Nec lux unquam caligo erit, quandiu lux fuerit: nec rerum nostrarū veritas unquam falsi conuincetur. Veritas enim est: quan nihil fortius esse potest. Quisquis, cum veritatem dicere queat, eam subiect, a Deo condemnabitur.

Præstat lapidem incassum mittere, quam sermonem. Loquere quæ oportet, & cum oportet: & non audies quæ non oportet. Veritatem silere, idem est quod aurum humo cōdere.

QVOD SVBDITI PRINCIPVM MO-

res imitentur siue boni sint, siue mali.

CAP.

XX.

Dixit